



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hiob**

**Brenz, Johannes**

**Haganoæ**

**VD16 B 3079**

Cap. XLII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36516**

eo marinus, dominatur oibus potentibus in mari, & superbis, ita & Sathan, est rex omnium superborum & arrogantium, qui ob arrogantiam suam, in infimum barathrum detrusus est. Nunc itaque uides Hiob, neminem posse Deo resistere, quando dominetur etiam super Behemoth & Leuiathan, immanissimas, crudelissimas & uastissimas bestias, alioqui, inuincibiles: cohibe igitur tu Hiob, os tuum, & aduersus Dominum, ne mutias quidem, propterea quod & potentissimus et iustissimus sit

## CAP. XLII.

**R**espondens Hiob Domino dixit.  
 Noui quod omnia possis, & non absconditur a te cogitatio.

Quis est iste qui celat consilium imprudenter: propterea loquutus sum & non intellexi, mirabilia super me, quae nescio.

Audi obsecro, & ego loquar, interroga bote, & notifices mihi.

Auditu auris audiui te, & nunc oculus meus uidit te.

Ideo reprobos (me ipsum) & poenitentiam ago in puluere & cinere.

NOVI QVOD OMNIA POSSIS.

A N N O T . I N H I O B

Agnoſcit ſecūdo Hiob, blaſphemias ſuas, dicēs ad Dominum: nunc uere ſcio, te non ſolum omnia poſſe ſed etiam omnia noſſe, quando & Sathanam uincas, alioqui inuincibilem, & abſcondita cordis mei cognoueris: proinde, non tam ſtultum, quā inſanū fuerit, aut tibi reſiſtere, aut conſilia cordis arcana, à te occultare, quocunq; enim quis ſe uerterit, inuenit potentem & præſentem Deum.

PROPTEREA LOQVVTVS. Quæ loquutus eſt Hiob imprudenter, & nullo intellectu? Male dictus dies in quo natus ſum, quare de uulua eduxiſti me? utinam conſumptus eſſem &c. Etiam ſi clamaue- ro, non audit me Deus, auertit iudicium meum, adfligit me inique, & alia id genus, in iudiciū Dei blaſphema, hæc enim traducū Deum, tanquam impium, mera libidine, & nullo recto discrimine iudicantem, ſic uero ſentit cor à Domino, ſuis uiribus relictum, ac interim, cruce & adſtictionibus preſſum.

A V D I O B S E C R O , E T & c .

Hoc eſt, nunc reſigno me tuæ uoluntati, hæc enim eſt uera humanæ uoluntatis, in diuinam reſignatio, ſi quis interroget, Deum, & non ex ſe ipſo ſapiat, eſt autem Deum interrogare, ex uerbo Domini, non eratione humana, uoluntatem eius diſcere, exempli gratia, ſi adfligeris immeritus, ut Hiob, unde petenda eſt uoluntatis Dei ratio? ſi ſolās adſtictiones reſpexeris conferens

conferens eas cum innocentia tua, non cohibebis os  
 quin blasphemet, & indigneris, aduersus iudicium  
 Dei, quod si in Verbum, presentiam Dei, & fauorem  
 in afflictione promittens, oculos direxeris, non  
 solum disces, bonam dei uoluntatem (qua adfligit te  
 ut probet & erudiat, non ut perdat) uerum etiam  
 gloriaberis in afflictione, tantum abest, ut Deum blasphemet,  
 Rom. 5. Gloriamur in afflictionibus.

AVDITV AVRIS AVDIVI TE &c.

Deum nemo uidit unquam, nec auditur auribus  
 carnalibus, cur igitur Hiob ait se uidisse & au-  
 disse Deum? Respondeo. Deus non uidetur nec au-  
 ditur, nisi per Verbum, quod est facies & imago Dei  
 ut CHRISTVS ait: qui me uidet, patrem uidet, &  
 hoc est, ego qui sum Verbum, sum & facies Dei: &  
 Iohannis. 1. Deum nemo uidit unquam, filius unigeni  
 tus, qui est in sinu patris, ipse enarrauit nobis, hoc  
 est, Deus est inuisibilis, sed per Verbum quod est fi-  
 lius Dei, sit nobis uisibilis. itaq; qui Verbum credit  
 is audit & uidet Deum, qui uero Deum uidet, fieri  
 non potest, quin sese aduerset, contemnat & deiciat:  
 sic Mose Deum uidens, factus est impeditioris & tar-  
 dioris lingue, sic Esaiæ. 6. Videns Dominum seden-  
 tem super solium, exclamauit, uæ mihi quia pollucus

Verbum est  
 facies patris

Videntes Deum  
 humilia-

B  
 ces et  
 posse  
 incas,  
 cogno  
 fuerit,  
 ocul  
 poteri  
 loqui  
 Male  
 luxisti  
 amaue  
 adfi-  
 asphe  
 m, me  
 m, sic  
 ac in  
 enim  
 natio,  
 at, est  
 on era  
 li gra  
 da est  
 exeris  
 ferens

ANNOT. IN HIOB

sum labijs. Non enim certius cognoueris tuam impietatem, quam si diuina puritas opposita fuerit, ita & Hiob dicit : oculus meus uidit te, & auris audiuit te, hoc est, credo Verbum tuum, quapropter, resigno me tuæ uoluntati, & aduerso ac reprobo meipsum &c.

ET POENITENTIAM AGO. &c.

Pœnitentiam agere, est pro malo bonum reponere, ut si blasphemus fueris, pietatem : si fornicarius, castitatem : si fur, liberalitatem : si inuidus, animum amicis : si superbus, ταπεινωσὶς ὕψους, reponas : & ut breuiter dicam, pœnitentiam agere, est pro Sathana, in cuius potestate nati sumus, Christum per fidem reponere, neq; enim uera est pœnitentia : si pro blasphemia, superstitiosa opera : pro furo, trium dierum ieiunium : pro impudentia, peregrinationem sanctorum : pro inuidia, templorum uisitationem posueris, hæc enim, ut sunt à carne efficta, ita non expugnant carnis fermentum. Sed quid est illud, quod additur, in puluere & cinere ? erant hæc duò quondam, pœnitentiæ symbola, qui enim cinere aspersi, in puluere sedebant, ij facto ipso confitebantur se terram esse, & perditionem meritos : reuelato autem Euan-

gelio

gelo, ut sacrificia, ita & poenitentiae symbola abrogata sunt.

Et factum est, postquam loquutus est Dominus, uerba ista ad Hiobem, dixit Dominus ad Eliphaz Themaniten, succenset furor meus contra te, & contra duos amicos tuos, quoniam non estis loquuti coram me rectum, sicut seruus meus Hiob.

Et nunc accipite uobis septem boues & septem arietes, & ite ad seruum meum Hiob, ut offeratis holocaustum pro uobis, & Hiob seruus meus oret pro uobis, quoniam faciem eius respiciam, ut non imputetur uobis stultitia, quoniam non estis loquuti coram me rectum, sicut seruus meus Hiob.

Et iuerunt Eliphaz Themanites, & Bildad Subites, Sophar Naemathites, & fecerunt quemadmodum loquutus est ad eos Dominus, & respexit Dominus faciem Hiob.

Et Dominus conuertit se ad Hiob cum oraret pro amicis suis, & adiecit

A N N O T . I N H I O B

Dominus omnia quæ habuit Hiob dupliciter.

S V C C E N S E T F V R O R M E V S &c.

Tres amici male loquuti sunt, Hiob bene, cum interim & Hiob male, & amici bene disputarint, amici enim impie sentiebant, ex afflictione iratum Deum, & impium Hiobem statuentes, cætera probe de omnipotentia & sapientia Dei differunt: & Hiob bene loquitur, quod constanter asseuerat afflictiones, nullo merito sibi accidisse, nec esse impietatis suæ, aut irati Dei signa: male uero, quod iudicio Dei indignetur, & Deum blasphemet. iam quum causam contra amicos recte tractet, quanquam interim in causæ actione peccet, & amici à scopo causæ aberrant, igitur Dominus pro Hiobe, contra amicos sententiã fert, nam blasphemias eius supra redarguit.

E T N V N C A C C I P I T E V O B I S &c.

Cognobile est omnibus, ueterum sacrificia, umbram fuisse, unici & ueri sacrificij, passionis Domini nostri IESU CHRISTI, & propter hanc fidem in Christum, Dominus ueterum sacrificia respicit.

respexit, non quia delectatus fuerit odore, inò potius Septem sacrificia-  
 factore combustorum bouum, sed quod in solo filio Ie-  
 su Christo, complacitum fuerit: iubentur autem ami-  
 ci, septem tauros, & septem arietes immolare, quia  
 perfectissimum est sacrificium Christi, una expiatio-  
 ne omnia peccata delens, perfectus enim numerus,  
 est septenarius: mittuntur autem ad Hiobem, qui pro  
 eis oret, & interim precipitur, ut offerat holocau-  
 stum, quia ut oremus pro nobis inuicem, mandat Do-  
 minus, sed oratio pro alio facta, non proderit, nisi  
 proprium holocaustum offerat, id est, nisi propriam Resipiscenti-  
 habeat fidem, & ab impietate resipiscat: unde Hie-  
 remie prohibetur, ne oret pro populo suo, propterea aliena oratio-  
 quod populus incuruicervicus, nouerit resipiscere,  
 & uerbo Prophetarum credere: orat igitur Hiob,  
 pro amicis, & credunt amici in Dominum: proin-  
 de remittuntur eis peccata.

ET RESPEXIT DOMINVS  
 FACIEM HIOB &c.

Ergò ne Dominus est acceptor personarum?  
 absit, Dominus enim, solam fidem respicit, & perso-  
 nam propter fidem: nisi enim oratio Hiobis, ex fide  
 profecta esset, dominus faciem eius nunquam respexisset



ANNOT. IN HIOB

Ex hoc etiam loco, cognosces quod Paulus Roman. 9. dicit: non est uolentis, neq; currentis, sed miserentis Dei, & cui uult miseretur: nam si Hiobem respicias, planè blasphemus & impius fuit, Domini iudicio indignanter resistens, respicit tamen eum Dominus, quia, inquit, miserebor cuiuscunq; misereor, & miserabor quemcunq; commiseror.

ET IVERVNT ELIPHAS &c.

*Resipiscentia ex fide constans*

ET ADIECIT DOMINVS  
OMNIA, QVAE &c.

*Nihil carius  
uēditur quā  
quod inique  
rapitur iusto.*

Vides nunc re ipsa, quorsum euadat tentatio, non enim ideo quicquam alicui, à Domino aufertur, ut perdat, sed ut multo plura restituat. Iacob. 5. Tolerantiā Hiob audistis, & finem Domini uidistis, quoniam misericors est Dominus & miserator. In Scriptura passim mandatur, ut uindictam Deo relinquamus: mea inquit est ultio, & ego retribuam, & si quis te percussit ad dextram maxillam, praebe ei & alteram: quae sapientibus huius mūdi, ridicula & stulta uidentur, sed si probe consyderaueris, prudentissime sunt leges

leges, uera enim prudentia est, paruo compendio, magnum acquirere: & paucissima sorte, plurimas opes parare: proinde, præcipit Dominus, ut resignemus in manū suam ultionem, qua resignatione parauimus nobis, pro imbecilli, longe omnium fortissimum ultorem. Ita nullo alio consilio conuiuet Dominus, ad bonorum huius sæculi direptionem, quam quod augere uelit opes & benedicere, si modo ei uindictam relinquamus, & malum ab aduersarijs acceptum, uincamus bono, nemo enim suas opes, quas perdit aut incendio, aut alta calamitate, carius uendere posset, in nudinis etiamnum publicis, quam si manui Domini resignentur. Videmus quanto foenore singulis annis terra, granum seminatum reddat, quod seminando penè perdit uidetur: ita, si quod ablatū fuerit per hostes, per alios rerum casus, & manui Domini resignatur, uere seminatur, ideo enim Dominus auferit, ut probato, abundantius reddat, adeoq; huius rei clarissimum exemplar in Hiobe proponit, ne putares uanas esse promissiones. Nam cum partim à Satana, partim ab hostibus omnia Hiobi ablata essent, dixit, Dominus dedit, Dominus abstulit, uocem ingentis fidei animi, uindictam deo resignantis, ac malum bono uincantis. Quid interim fiebat, bona direpta me

ANNOT. IN HI OB

nui Domini commissa; non potuerunt non crescere  
 aucta enim sunt dupliciter, sed ais: Hæc Hiobi con-  
 tingerunt, cæteris non item contingent. Audi, quis-  
 quis hæc obijcis, an scripta sunt hæc propter Hiob,  
 & non potius propter nos quibus cum similiter Do-  
 minus operabitur, si modo ex fide, bona ablata ma-  
 nu eius comittamus? an nõ idem Deus nunc est, qui  
 olim tempore Hiob fuit? An non idem Verbum pro-  
 missionis habemus, imò clarius? Matthæi 19. Omnis  
 qui reliquerit domum uel fratres uel sorores, aut pa-  
 trem, aut matrem, uxorem, aut filios, aut agros, pro-  
 pter nomen meum, centuplum adcipiet, & uitã eter-  
 nam possidebit. Crede igitur, & per fidem, pro bo-  
 nis ablatis, recipies Dominum fauentem, qui est the-  
 saurus longe omnium copiosissimus.

Et uenerunt ad eum omnes fratres  
 eius, & omnes sorores eius, & omnes no-  
 ti eius priores, & comederunt cum eo pa-  
 nem in domo eius, & admouerunt se, &  
 consolati sunt eum super omnem affli-  
 ctionem, quam adduxerat Dominus su-  
 per eum, & dederunt ei unusquisq; nu-  
 m-

num unum, & unusquisque torquem auream unam.

Et Dominus benedixit postrema Hiob super priora eius, & facta sunt ei quatuordecim millia ouium, & sex millia camelorum, & mille iuga bouum, & mille asini.

Et nati sunt ei septem filii, & tres filiae.

Et uocauit nomen uni Leminah, & nomen alterius Keziah, & nomen tertia Kerenhapuch.

Et non inuentae sunt mulieres pulchriores filiabus Hiob, in omni terra, & dedit eis pater earum hereditatem in medio fratrum earum.

Et uixit Hiob post hoc, centum & quadraginta annis, & uidit filios suos, & filios filiorum suorum quatuor generationum.

ANNOT. IN HIOB

Et mortuus est Hiob senex, & satur dierum.

DIVERSA LECTIO.

Vbi numum habemus, in Hebræo est, *שֵׁטֶל* quod Græcus interpretatur ἀμνάδα, id est, ouem. Alij pro obolo uertunt, qualecunq; autem sit, certum est amicos Hiob hoc dono, animum suum beneuolentem, erga Hiobem, testatos esse. Pro torque, Hebræus habet *טַרְסָא* quod Græcus interpretatur τετράραμα, quadradrachmū. Alij inaurē aut torquē.

ET VENERUNT AD EVM OMNES.

Vide quæso rerum commutationem, & dextram excelsi, & interim disce timorem Domini, atq; te enim Domino Hiobem derelinquente, iuudebant maiores, illudebant pueri, irridebant familiaria, ut su-

Mundi ingenia præ legis cap. trigesimo. Nunc uero Domino rursum nū, ut eos cō fauorem suum declarante, offerunt amici dona, complectatur qui uiuia honorifica, & familiaria celebrant, omnes sibi bus Dominus Hiobem demereri studēt, certant secum ipsi, utrum foris benedicti contumeliosius ante eum contempserint, an nunc honoratius tractent, & cui paulo ante omnem humanā opem denegauerant, eum si queant in coelo posuisse, cupiunt, explent contumelias honoribus, detrimenta muneribus, execrationes precibus, cui enim Dominus fauet, ei omnia fauent, atq; hoc est huius mundi ingenium

ingenium, quod eum complectatur, quem Dominus manifesta benedictione complectitur, & cum odio habeat, quem Dominus manifesta maledictione reijcit.

## ET DOMINVS BENEDIXIT PO

STREMA. Vt manifeste declaretur, quanta misericordia Dominus pios quosque tractet, ideo spiritus sanctus, summa diligentia, benedictiones Hiobis ob oculos ponit, ut ab ijs corporalibus benedictionibus discamus, quare spirituales futurae sunt, si in fide perduremus. Sunt enim Hiobi restituta quatuordecim ouium, sex milia camelorum &c. Cum ante possederit solum septem milia ouium, & tria milia camelorum. Praeterea nati sunt ei septem filij, & tres filiae, non tam celebres nominibus, quam pulchritudine commendabiles. Sed & ipse Hiob uidit filios filiorum suorum, & mortuus est in extrema senectute. Nam sic benedicitur, qui timei Dominum, qui est benedictus in secula seculorum.

Exemplū benedictionis piorum.

FINIS.